



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtru[m] oporteat restitui quod quis non abstulit? 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus ; Ad tertium dicendum , quod iudex condemnando, iustè potest accipere aliquid amplius loco emenda : quod tamen antequam condemnaretur , non debebatur .

ARTIC. I V.

Vtrum quis debet restituere quod non abstulit?

Ad quartum sic proceditur . Videtur , quod aliquis debet restituere quod non abstulit . Ille enim qui damnum infert alicui , tenetur damnum remouere . sed quandoque aliquis damnificat aliquem ultra id quod accepit : puta cum aliquis effudit semina , damnifica eum qui seminavit in tota messe futura ; & sic videatur quod teneatur ad eius restitutionem . Ergo aliquis tenetur ad restitutionem eius , quod non abstulit .

¶ 2 Præterea , ille qui detinet pecuniam creditoris ultra terminum præfixum , videtur eum damnificare in toto eo quod lucrari de pecunia posset : quod tamen ipse non auferit . Ergo viderur quod aliquis teneatur restituere quod non abstulit .

¶ 3 Præterea , Iustitia humana deriuatur à iustitia diuina . Sed Deo debet aliquis restituere plus quam accepit ab eo : secundum illud Matth 25. Sciebas quod metu vbi non semino , & congregate vbi non sparso . Ergo iustum est ut etiam restituat homini aliquid quod non accepit .

S E D contra est , quod recompensatio ad iusticiam pertinet , in quantum æqualitatem facit . Sed si aliquis restitueret quod non accepit , hoc non esset æquale . Ergo talis restitutio non est iustum quod fiat .

R E S P O N D E O dicendum , quod quicumque damnificat aliquem , videtur ei auferre id in quo ipsum damnificat . Damnum enim dicitur ex eo quod aliquis minus habet quam debet habere , secundum Phil. in 5.*Eth . Et ideo homo tenetur ad restitutionem lib 5 c. 4. eius in quo aliquem damnificauit . Sed aliquis damnificatur duplicitate . Vno modo , quia auferunt ei id quod actu-

habebat : & tale damnum est semper restituendum secundum recompensationem æqualis: puta si aliquis damnicaret aliquem diruens domum eius, tenetur ad tantum quantum valet domus . Alio modo, si damnicaret aliquem impediendo , ne adipiscatur quod erat in via habendi. Et tale damnum non oportet recompensare ex æquo : quia minus est habere aliquid in virtute, quam habere actu. Qui autem est in via adipiscendi aliquid , habet illud solum secundum virtutem, vel potestatem: & ideo si redderetur ei, ut haberet hoc in actu, restituueretur ei quod est ablatum non simplum, sed multiplicatum : quod non est de necessitate restitutionis, ut dictum * est . Tenetur tamen aliquam recompensationem facere secundum conditionem personarum & negotiorum .

art. præc. Et per hoc patet responsio Ad primum & Secundum. Nam ille qui semen sparsit in agro, nondum habet messem in actu, sed solum in virtute . Et similiter ille qui habet pecuniam , nondum habet lucrum in actu, sed solum in virtute : & utrumque potest multipliciter impediri .

Ad tertium dicendum , quod Deus nihil requirit ab homine , nisi bonum quod ipse in nobis seminavit . Et ideo verbum illud vel intelligitur secundum prauam existimationem serui pigri, qui existimauit se ab alio non acceptissime : vel intelligitur quantum ad hoc , quod Deus requirit a nobis fructus donorum qui sunt & ab eo & a nobis : quamuis ipsa dona a Deo sint sine nobis .

ARTIC. V.

Vtrum oporteat semper restitucionem facere ei, à quo acceptum est aliquid?

348

4. d. 15. q. **A**d quintum sic proceditur. Videretur, quod non oporteat semper restitucionem facere ei, à quo acceptum est aliquid . Nulli enim debemus nocere. *1. a. 5. q.* *4. c. opu.* Sed aliquando esset in documentū hominis, si reddeatur quod ab eo acceptū est, vel etiā in documentū *67 et opu.* *73. c. 17.* *6. 18.* aliorum, puta si aliquis redderet gladium depositū furioso,